



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

LVIII. An vera fides poßit re ipsa ab Dilectione separari, vt Sola justificet?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

nusque indigeat refutationis nostræ.
Nam si quæras : *Quis sit propriè Actus fidei, qui iustificat?*

CALVINVS. I. ait Inst. 3. c. 11. §. 2. *Qui Christi iustitiam per fidem APPREHENDIT. Sic & cap. 16. §. 1.*

2. Actus. Inst. 3. c. 2. §. 2. *Ex eo salutem consequimur, quod Deum Agnoscimus nobis esse propitiū Patrem. Et §. 16. Verè fidelis non est, nisi qui solida persuasione, Deum sibi propitium Patrem esse persuasus, de eius benignitate omnia sibi pollicetur.*

3. Actus. Inst. 3. c. 2. §. 11. *Peccatorum remissionem sp. Sanctus propriè in soli Electis obsignat; ut eam Speciali fide APPLICENT.*

4. Actus ibid. §. 16. *Verè fidelis non est, nisi qui confidenter se regni cœlestis haredem gloriatur.*

Ecce Actus quaternos; Apprehendere iustitiam Passi : Credere promissionem propitiij sibi Dei: Applicare sibi eandem: & Credere se excidere accepta iustitia non posse.

AUTOR. Tanta in varietate quo modo quis saluabitur? Vno contenti, iustificari nequibunt: Quia Caluinus ex æquo requirit singulos. Sin' omnes necessarii: certè ex Scriptura doceri nequit. Nam dictum Magdalena, Luc. 7. *fides tuae saluam feci. Hæmorrhiofæ, Luc. 8. Filia, fides tua saluam fecit.* Apostoli, haud dubiè iustificati, non credebant passurum Iesum, Luc. 18. v. 31. Mat. 16. v. 21. At ostendantur actus dicti in eis: nam duæ illæ nihil dum sciebant de passione Domini: hi non eam credebant, & ex fide accepta exciderunt. Quo igitur Modo iustificati sunt?

QVÆSTIO LIX.

An vera fides possit re ipsa ab Dilectione separari; ut SOLA iustificet?

LUTHERANI Rigidi affirmant recte, sed male

cæterarum virtutum præsentiam mericanj, excludunt, quod SOLA fidem peruvacios proponent. Vide suprà quest. 57.

CALVINISTAE vero pernegan, cum Melanch. apud Scharpium in Cursu Theol. scil. 22. q. 6. Veram fidem iustificantem, ait, nunquam sine Dilectione esse posse magis, quam ignis sine calore, aut sol sine lumine.

SVADENT istis. 1. Quia Iac. 2. *fides sine caritatis operibus est, facta & mortua.*

2. Quia nemo nouit Deum in Christo, id est, credit, nisi qui mandata eius seruat, i. Ioh. 2. id est, diligit.

3. Nemo in luce est & manet, id est, credit, nisi qui diligit. Ioh. 2.

4. Omnis qui credit, est filius Dei; id est, Deum amat, i. Ioh. 5.

5. Dilectio est forma fidei, ut voluntati P. tificij: at forma dat esse rei: ergo abesse nequit.

6. Deus in Christo iudicabit de fide & dilectione, Mat. 25. Luc. 7. Ergo Nam ponit, Ioh. 13. v. 35. dilectionem infallibile signum habuum.

7. Fides semper est efficax & operator per dilectionem: Gal. 5. Ergo separari nequent.

8. Fides datur electis ut uis profit: at hinc sine caritate nil proficit, i. Cor. 13.

AUTOR. Fides per se, sed informis, potest à dilectione, cæterisque virtutibus separata esse. 1. Ioh. 12. Multis Principibus Crediderunt in eum; sed non Confitebantur. Dixerunt enim in gloriam hominum, quam Dei, quod est non diligere Deum.

INSTANT: Habuerunt solum notitiam Christi imperfectam; non fidem veram.

AT crediderunt ait absolute; sicut ibidem ait & de alijs, Credebant; item Non credebant. Consentit S. Aug.

H. i. Cor. 13. Si habuero omnem fidem &c. Caritatem autem non habuero nihil sum.

INSTANT. I. Ex suppositione loquitur, quod nihil affirmat, nec ponit inter: docetq; ex conditione

ditione impossibili necessitatem dilectionis.

2. Loquitur de fide miraculorum, non de iustificante.

AT. 1. Iustificantem fidem à fide miraculorum in multis separatam esse dicit, Mat. 7. Multi dicent: *Nonne in nomine tuo prophetauimus, dám. eiecimus?* &c. ergo argumentum est à possibili, fieri solito.

2. Dein evidenter docet conditio-
nem; Si fides sine caritate esset, nil prodest. Ergo sola fides nil prodest. Esse autem sola potest, & vera, at non viua.

3. Demum fides miraculorum est verè iustificans fides; patet *suprà quest.* §2. & §6.

III. Iac. 2. *Quid prodest, si fidem quis dicat se habere opera autē non habeat? Numquid poterit fides saluare illum?*

INSTANT 1. Caluinus *Inst. 3.c. 2. §. 17.* loqui cum de fide historicaj nani:

1. De dicentibus se habere fidem; at verà delitutis.

3. De fide Essentia Dei, non Benevolen-
tia.

4. Fidem sine operibus comparari cum fide dæmonum.

5. Fidemque eam dici mortuam; quod au-
tem mortuum est, non est.

AT 1. Eam ab'olutè *Fidem* appelle-
bat; qualē Iac. 2. dicit fuisse Abrahāni
operosam; & concludit: *Videtis quod
ex operibus iustificatur homo; & Non ex
fide?* TANTVM?

2. Non negat, sed affirmat tales ia-
ctatores fidei fidem habere; sed non
saluantem.

3. Fides benevolentiæ est vniuersæ
etiam Essentia: quia Bonitas Dei De-
usest.

4. Fides improborum, & dæmo-

num eadem est ex parte obiecti, & ve-
ra: differt tamen utraque quod homi-
num sit libera; dæmonum coacte ex-
torta: unde contremiscunt.

3. Fides dicitur mortua, vt corpus:
non vt homo: post mortem enim il-
lud est, hic non est. Nec vita est de es-
sentiâ fidei; sed accidens.

IV. In Ecclesia sunt boni & mali;
teste area, Mat. 13. Veste nuptiali, Mat.
25. Reti, Mat. 22. Et tamen omnes in
ea sunt fideles; sed non omnes chari-
tate præditi.

INSTANT. Malos habere fidem historiæ,
non benevolentia.

AT id in quæstione est. Dein argu-
untur, non de amissione fidei, sed de
omissione operū, vt ille carens ueste;
carentes oleo; hirci à sinistris dam-
nantur ob operum nuditatem.

V. Fides & caritas disiungi inui-
cim possunt; *Tum quia neutra est de
ratione alterius*, vt esse debeant una
virtus 1. Cor. 13. *Manent tria hec, fides,
spes, caritas: itaq; duæ sunt virtutes, ha-
ebintq; duo subiecta, obiecta, & actus.*
*Tum quia una non necessariò nascitur
ab altera: licet fides dicitur gignere
caritatem: Sed quod disponat ad eam
liberè, vt credens diligit Deū, si velit.*

INSTANT. Caritas ex fide necessariò con-
sequitur, vt fidei propria passio. Hoc de-
clarat

1. LUTHERVS: *Vt ignis non est, si non lu-
ceat & ardeat:*

2. BUCERUS 1. CONCORDIA: *Vt æger ex improui-
so visum medicum non potest non amare.*

3. CALUINUS, *Inst. 3.c. 2. §. 9.* *Vt Christus à Sp.
Sancto nequit separari: Ita fides & caritas.*

AT 1. Ignis in Scriptura compara-
tur caritati, non fidei; Cant. 8. Rom. 13.
Aug. in Ps. 31. *Quod credit, fidei est; quod*



operatur, caritatis est. 2. Æger inclinatur, non necessitat ad arandum medicum sui causa magis, quam medici. 3. Nil concludit dissimillimum: nā Dei filius & Spiritus Sanctus sunt unus Deus.

VI. Fidem & opera caritatis volunt esse coniuncta: ergo iustificatio pendet à fide & caritate: sicque nemo certus esse salutis potest, qua in certitudine iustificationem ponunt; foret etiam impossibilis iustificatio.

DICO AD I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. Restè singula concludunt de fide via, seu formata per caritatem: at malè de fide per se, seu informi. Nam illa nequit esse absq; caritate; hæc est virtus una certa per se, specie ab aliis distincta.

QVÆSTIO LIX.

An fides esse possit sola? Sicque iustificare Sola?

I. LUTHERO-CALVINISTÆ negant posse. LUTHERVS ad Gen. 15. Scio has virtutes, sive insignia Dei dona: Scio fidem sine hu Donis non existere. Sed quæstio est, quid cuiusque proprium est. Et. Quid facit sola fides? Apprehendit remissionem, credit promissi Deo, Deo porrigenti aliquid admouet manum, accipit hoc proprium soli; sive fides est. Sic & Brentius, Kennt &c.

CALVINVS in Antid. less. 6. Can. 11. Sola fides est, qua iustificat: Fides tamen qua iustificat, non est sola. Sicut calor solis solus est, qui terram calefacit, non tamen calor solus est, sed cum splendore. Sic & Melanch. in Locis, & in Apolog. Confess.

AUTOR. Fides esse sola potest.

1. Quia sic Lutherus in Gal. 2. Fides sine, & ante caritatem iustificat. Et in disput. An opera faciant ad iustif. ait, Fides nisi si sine utili etiam minimis operibus, non iustificat. Veh, quam hæc malè

hærent prædictis ab ipso: CALVINT in Antid. less. 6. can. 28. Fatetur, inter grauissimos lapsus manere semen aliquod fidei viua. At peccata pugnant è diametro cum caritate; ecqu ergo inter eos cum hac fides esse potest? Ergo non potest non esse sola.

2. Quia Sectarii fides potest iustificare sola; ideo & esse sola dici debet ijsdem: nam ex essentia rei sua cuiusque manat proprietas quæ fidei est iustificare, vt volunt.

3. Si fides ideo esse sola non possit, vt volunt Sectarij, quia necessari pro fert fructus bonos dilectionis & virtutis; ergo fides esse, dici quæ esse debet per d. lectione; vt causa suo effectu que prior tempore & natura: ac proinde sola. Si prior est; ergo & iustificatio id est, cum iustitia est coniuncta prius, quam cum dilectione: Sicque homo erit iustificatus, & sceleratus; vivens & mortuus: Quia iustus ex fide eruit: Et tamen qui non diligit, manet in morte: 1. Ioan. 2. Quod absurdum. Ii verò fides nec natura prior vel esse, vel intelligi potest sua iustificatione, cum, (vt ipsi volunt) sint relativa, (quæ se mutuo ponunt & tollunt,) Deus iustificans, & fides iustificationem accipiens. Quare fides, vt sola iustificare fingitur absurdus; sic & non esse possit sola fingitur absurdus.

Hactenus de *Esse posse solam*: Porro de *Non iustificare solam*.

II. LUTHER ANI & CALVINTANI contendunt, Fidem iustificare solam; etiæ non possit sola.

SVADENT istis præcipue. 1. Quid Scriptura docet, iustificare solam; ergo credendum, licet nulla causa detur alia.

2. Quia sic placuit iustificatori Dei iustificare.